

assentiendo, & cooperando, libere producat actus, quibus ad iustitiam coram Deo, libera sua voluntate, se moveat, atque disponat.

12. Per Dei (1) efficacem gratiam non tollitur liberam voluntatis (2) arbitrium: ejusmodi enim est, ut sine ea habeat homo auxilium sufficiens, cui si velit, possit (3) consentire; & ea posita, relinquatur assentiendi, & dissentendi facultas, possitque dissentire, resistere, eamque abjicere, si velit.

Hæc esto de gratia, & libero arbitrio fidei regula: hæc sunt Catholica dogmata: ita fidelis quisque credat: ita fidem suam profiteatur. Si quis vero contrarium quicquam dixerit, docuerit, scripserit, anathema esto. Profundiores autem, difficilioreque partes incurrentium questionum, quas fufius pertractant, qui hæreticis resistunt, & Scholasticis plerique, dum, pro suo more, de fidei mysteriis rationes, quas possunt, inquirunt, & modos explicant, dummodo firma, & integra maneat præscriptarum veritatum substantia, ut Beatissimi Prædecessoris nostri Cælestini verbis utamur, *Sicut non audeamus contemnere, ita non necesse habemus asserere*. Ut tamen omnis contentio, & scandali occasiones tollantur, & servetur ea, quæ decet inter pios, & doctos Viros modestia, & charitas, sub pœna &c. . . prohibemus, ne unius partis Doctores, aliive quicumque, legendo, scribendo, docendo, concionando, aliove quocumque modo loquendo, sive tractando, alterius partis, in materia de gratia, & libero arbitrio, opiniones, quæcumque sint, modo supra descriptis nostris, aut aliis Ecclesiæ definitionibus expresse non contradicant, hæreticas, erroneas, temerariasve appellare, aut alia quacumque majori censura, quam falsitatis, improbabilitatis, aut simili, censurare audeant. Immo, ne quod modo inter hos Doctores, supra dictis materiis de gratia, & libero arbitrio, contingit, id inter eosdem, vel alios quoscumque, supra aliis aliquando contingat, & ne sibi quisque, cum magno Christianæ pacis, & charitatis detrimento, arroget, de aliorum opinionibus censuram ferre, easque pro libitu damnare; quæ res ad hanc Sanctam Sedem, alioque Ecclesiasticos Judices pertinet, quibus judicandi de rebus fidei, atque adeo etiam de eius opposito auctoritas competit; id ipsum sub eadem pœna prohibemus, de omnibus quoruncumque Catholicorum Auctorum doctrinis, ne scilicet eas, nisi jam per Ecclesiam, aut saltem generalem aliquam Inquisitionem damnata fuerint, quisque majori censura, quam falsitatis, improbabilitatis, aut simili damnare præsumat. Si qui vero libri editi sunt, in quibus aliquid contineatur, quod supra per nos definitis veritatibus repugnet, aut quoquo modo repugnare videatur, illos in hac alma Urbe per doctos Viros, per nos, aut Sacram Indicis Congregatio-

nem deputandos, corrigi, aut, prout opus fuerit, declarari mandamus, non obstantibus &c.

Hujus tenoris, vel similibus, edita Bulla, meo quidem judicio, possit causa ista decentissime terminari, sine ullius ex partibus condemnatione, immo servata utriusque excommunicatione: & sufficienter provideretur præsentis necessitati, determinando, quæcumque certa sunt, & in posterum contentiones præcavendo; ut scilicet altera de altera censuram non ferat, modestiamque debitam servet, abstinendo a verbis omnibus contumeliosis, aliove modo offensivis. Neque tamen interrim (licet partibus præcipiatur, ne censurent) altera sententiarum, aut utraque approbatur; ut, si Deo placuerit, majorem lucem Ecclesiæ suæ dare, & majorem consensum Doctoribus, ita ut aliquando una eorum ab omnibus approbatur, tanquam vera, & principii fidei consona, non sit præclusus aditus huic Sanctæ Sedi, quo minus opportuniori tempore, quam voluerit, tamquam de fide certam, definire possit.

Interim firmantur per propositiones positas, & stabiluntur, quæcumque hæcenus certa sunt in materiis, inter has duas partes disputata.

Prima propositione definitur, quid humana natura possit circa naturale, seu morale bonum, vincendas tentationes, &c.

Secunda continentur omnia, quæ disputata sunt de actibus credendi, sperandique, aliisque quibuscumque, quoquo modo facientibus ad justificationem, & salutem.

In tertia asseritur gratia, secundum omnes sui divisiones, & partes.

In quarta statuitur Catholica veritas de gratia præveniente, quod ab ea justificationis exordium sumendum sit; & continentur, quæcumque disputata sunt de faciente, quod in se est.

In quinta, sexta, & septima ponitur divisio gratiæ in sufficientem, & efficacem; sive ea datur ad justificationem, aliumve quemlibet actum, sive ad perseverandum usque in finem.

In octava asseritur causa, cur uni, & non alteri datur gratia efficax, sola Divina voluntas.

In nona, ejusdem effectus, præcipue per verba, & phrasas Divi Augustini, asseruntur.

In decima, ejus natura explicatur, per descriptiones, ex eodem Divo Augustino desumptas.

In undecima, asseritur, humanæ voluntatis cooperationem.

In duodecima, statuitur, non obstante efficaci gratia, libertas arbitrii nostri.

Demum, quidquid potuit definiri, non tangendo ipsum punctum gratiæ congruæ, & prædeterminationis physiciæ, hic definitum est, ut arbitror. Si quis aliud aliquid requirit, exponantur: & quæcumque definita sunt, certissima sunt ex Conciliis, & Patribus, in notis positis ad calcem pagina adductis.

(1) D. Aug. Epist. 107. (2) D. Prospero loco cit. (3) Concil. Trident. Sess. 6. cap. 5. & Can. 4.

IDEA BULLÆ, JUSSU PAULI V. PONTIFICIS MAXIMI MEDITATÆ.

Pro finienda Auxiliorum Controversia. (1)

PAULUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

I. (2) **G**regis Dominici curandi, pacendi, regendique, Princeps Pastorum, Jesus Christus, supremam in terris potestatem Apostolorum suorum primo, Beato Petro, vice sua sic commisit, ut perpetua in illa firmitatis privilegio eum munerit. Quæ porro incumbit cura eisdem Beati Petri successoribus, Romanis Pontificibus, cæterisque Ecclesiæ Catholicæ Episcopis, cum prima, & præcipua sit fatigare, ut tradita divinitus doctrina fidei custodiantur inviolata, devitando, sicut B. Apostolus admonet, *Profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ*; pro hac Prædecessores nostri, cum providere soliti de remediis opportunis, contra opiniones, quas, a doctrina ista discrepantes, suis quique temporibus, emergere advertissent, in id sollicitius multo invigilabant, quoties essent opiniones, quibus beneficium gratiæ Dei, quæ per Christi meritum homines excitantur, atque adjuvantur ad salutem suam operandam, evacuari, aut quoquo modo extenuari, videretur.

II. (3) **Q**ua in re ut essent tam solliciti, & vigilantes, permovebat eos merito, quia de beneficio hoc, ut nonnulli sincera intelligentia in Ecclesiæ Dei admittatur, sciebant cum primis, interesse Catholicæ fidei, de præcipuis aliquot, & primis Religionis Christianæ fundamentis, velut de ruina humani generis per delictum primi hominis, deque Dei dono, & proposito, quo per Jesum Christum liberantur, quicumque inde liberantur; deinde & intimius pertinere, ad informandam pietatem erga Deum; quippe quæ in hoc maxime consistit, ut anima ei non sit ingrata; & ad fovendam in hominibus humilitatem; nam & hujus boni proprietates in confessione est gratiæ Dei.

III. (4) **C**um autem juxta sinceram, & salutarem intelligentiam eorum, quæ de istis fidei fundamentis in Prophetis, Evangelicis, & Apostolicis Scripturis revelavit Spiritus Sanctus, quid Ecclesiæ semper crederet, & sentirent orthodoxi Patres de beneficio gratiæ Dei, id ab initio fundatè in terris Christianæ Religionis simpliciter apparebat, in Ecclesiæ tum obsecrationibus, orationibus, postulationibus, gratiarum actionibus, maxime illis, quæ in ipso verissimo, & singulari Christianorum sacrificio frequentantur: tum in admonitionibus, & exhortationibus, tam ad i-

Serry Tom. II.

stas, quam ad alias quasque virtutes, quibus Deo vivo, & vero servitur: & id ipsum indicatum reperitur ab antiquioribus Ecclesiæ Scriptoribus in aliquibus tractatum sanctorum locis; tamen non nisi breviter, transeunter, & facillori, ac congruo veritati modo, quo res tam arduæ intelligerentur, quantum sufficere poterat, quando nulla adhuc major necessitas operosorem de iis urgebat tractationem.

IV. (5) **S**uccessu vero temporis, de iisdem Religionis fundamentis operosius pertractare, coegit occasio, per illos subministrata gratiæ Dei inimicos, qui Catholicam de ipsa doctrinam aggressi, callidissime oppugnavit, invexerunt pernitiosam hæresim, a primis suis auctoribus sumpto nomine, Pelagianam, & etiam Cælestinianam nuncupatam. In qua sic progressum est per varios gradus, dum ejus assertores, atque Sectatores, aliquando plus, aliquando minus, virtuti gratiæ detrahere, aut tribuere viderentur; & ut hærent semper in errore, quo noverunt, illam, quæ proprie gratiæ Dei est per Jesum Christum Dominum nostrum, quemadmodum consistenda est, confiteri, & calumniarentur, in doctrina Catholicorum sic prædicari gratiam, ut liberum arbitrium ab hominibus auferretur.

V. (6) **I**n qua calumnia, quod illi falso obijciebant, id, tanquam esset verum, adeoque Catholicorum, contra ipsos disputantium, dogma, quidam etiam in Ecclesiâ, ex simplici quadam ignorantia, secuti, sic gratiam Dei prædicabant, & defendebant, ut hominis esse liberum arbitrium, & negarent ipsi, & a defensoribus gratiæ negari, existimabant.

VI. (7) **S**ubsecuti sunt & alii, qui ad contrarium errorem descendentés, licet Pelagii, & Cælestini detestarentur nomina, & dogma condemnarent verbis; tamen eorum sensum, in ipso errorum capite, quod est de sanctarum origine voluntatum, & de fidei, charitatisque principis, seu pravitate, seu imperitia, & quidem plus aliquid, aliquid minus sciebantur. Quoniam igitur, prout quique ipsorum de isto capite sentiebant, deprehendebantur, eorundem hæreticorum reliquias denuo suscitare; id renovavit aliquoties occasione, ex qua necesse fuit, doctrinam de gratia Dei, & libero hominis arbitrio adhuc particularius declarare.

K k 2

VII.

(1) Ad Caput 19. libri 4. Hist. de Aux. (2) Cura, & sollicitudo Rom. Pontificum, circa doctrinam de beneficio gratiæ Dei. Joan. c. 21. 1. Pet. c. 5. Mat. cap. 10. Ibidem cap. 16. Luca. 22. 1. ad Tim. 6. v. 20. (3) Quanti sit momenti, quod de hoc beneficio nonnulli sincera intelligentia in Ecclesiâ admittatur. Ex Augustino Epist. 90. 92. 94. De verbis Apostoli. Serm. 12. Lib. de pecc. orig. c. 24. & 29. lib. 2. De nup. & conc. c. 5. De Spir. & lit. c. 4. (4) Fides Ecclesiæ ab initio, & sensus antiquorum Ecclesiæ Patrum de eodem beneficio. S. Aug. Epist. 59. 96. lib. de Spir. & lit. c. 9. lib. de corp. & gratia c. 2. lib. de Pred. SS. c. 14. lib. de dono Persev. c. 14. (5) Occasio subministrata per hæreticos Pelagianos, operosius tractandi de Gratia & libero arbitrio. Aug. lib. de hæres. c. 88. lib. de gratia Christi, c. 30. & 47. Lib. ad Bonifac. c. 5. Epist. 106. (6) Error quorundam in Ecclesiâ, ex ignorantia negantium liberum arbitrium. Aug. Epist. 46. Lib. de Gratia, & libero arbitrio. c. 1. (7) Occasio particularius tractandi de gratia, & libero arbitrio, per illos aliquoties renovata, qui reliquias Pelagianismi suscitabant. SS. Prosper, & Hilarius in Epist. ad S. August. Cælestinus I. Epist. ad Epist. Gallia, cap. 3. Prospero libro contra Collat. cap. 11. & Carm. de ingratis, cap. 16. & 20.

VII. (1) Quæ omnia quibus temporibus accidebant, qui interea in B. Petri Cathedra præfidebant, nostri Prædecessores, collaborantibus aliis passim Episcopis, & Patribus orthodoxis, atque etiam Conciliis aliquot Ecclesiasticis, quæ diversis locis celebrata fuerant, de remediis ea cura providebant, quæ in tam gravi causa debebant merito adhiberi, sive ad ignorantes instruendos, sive ad errantes corrigendos, sive ad calumniosos redarguendos, sive ad pertinaces castigandos. Et hoc censuris severioribus, quarum executionem etiam pii Imperatores Edictis suis religiose promovebant.

VIII. (2) Inter omnes porro Episcopos, & Patres, qui istidem temporibus in hac fidei, & pietatis causa collaborabant Sedi Apostolicæ, sic præfulgebant S. Augustinus ingenio, industria, & librorum copia, quibus pro uberiore, quam ad id accepit ipse a Deo, gratia, descactissimam, ac saluberrimam Evangelicæ Apostolicæque de gratia Dei doctrinam intelligentiam defendit, ac declaravit, ut quemadmodum doctrina ista ab eo intellecta, & asserta est, sic eam & reliqui, de ipsa orthodoxe sentientes, seu scribentes, amplexi sunt, & deinceps profecti, tam in confutandis quibuscunque contra eandem erroneis opinionibus, quam in veritate ejus, prout recurrentes occasiones exigebant, propriis astruenda, & elucidanda.

IX. (3) Ipsa quoque Sedes Apostolica eundem Sanctum Virum, ejusque doctrinam adeo semper æstimavit, commendavit, atque approbavit, ut ab eo, dum viveret, adversus libros Pelagianorum responsa posceret, ejusque, postquam obierat, doctrinam comprobando, suam esse, declaravit. Idcirco, quando illi, qui errorum Pelagianorum reliquias fuscitabant, de eodem obloquebantur, tanquam in defendenda gratia Dei necessarium modum excesserit, aut alias discrepantem a doctrina ejus modum in hoc dogmate explicando sectabantur, Romani Pontifices attestati sunt, quod S. Augustinum inter Magistros optimos sui semper Prædecessores haberent; quodque ipsius doctrinam, & nominatim de gratia Dei, & libero hominis arbitrio, & maxime in libris, qui ab istis fugillabantur, Romana, hoc est, Catholica, sequatur, & servet Ecclesia.

X. (4) Quapropter Sancti Augustini nomen, & doctrina in Theologorum Schola merito sic obtinuit, ut Doctores, & Scriptores, qui tanto post tempore Theologicam disciplinam via, & ratione tradiderunt, illum in primis sint secuti. Quod cum is propositum esset in dogmate de gratia, & libero arbitrio, etiam potiores inter ipsos id affecti sunt feliciter; potissime vero, & felicissime S. Thomas Aquinas, quem Sedes Apostolica hoc dudum Elogio commendavit, quod Beati Augustini vestigia insequens, Ecclesiam universalem doctrinis, & scientiis quamplurimis adornaverit.

XI. (5) Quod autem e Scholasticis Theologis, dum minutius tractarent quasdam quæstiones, quam de his necesse fuerat, contra Pelagianos er-

rores olim disputantes, aliqui plus tribuerint viribus liberi hominis arbitrii, quam admittat doctrina, vel defensa a S. Augustino, vel definita ab Ecclesia Dei, de necessitate, seu efficacia gratiæ Christi; quidam etiam minus, quam ea doctrina exigat; non ex illo fuit, quod intenderent, aut se putarent, a S. Augustino dissentire. Immo existimabant, qui minus tribuebant arbitrio humano, quod doctrina S. Augustini id exigeret; & qui plus, quod eadem doctrina id ipsum admitteret. Itaque hi quidem, cum de quæstionibus, quas ita pertractabant, non periade scirent, aut judicarent, certius quidpiam posse statui, ex doctrina antiquitus definita, seu defensa in Ecclesia; ideo arbitrati sunt, liberius sibi esse ita opinari, sicut videbantur ex aliquibus aliis rationibus non improbabilibus concludere: sed Ecclesia Dei ejusmodi opiniones quoruncunque essent, nunquam approbavit; quin etiam contrarias sententias alii Scholastici Theologi, quoad eas in Ecclesia magis approbati, tenuerunt, atque docuerunt.

XII. (6) Unde facile innotescit, quo Spiritu incitati fuerint, qui novissimis his temporibus segregantes semetipsos, doctrinam Catholicorum, ad eam apparentius impugnam, ita calumniantur, ut accepto qualicumque pretextu, ex sententiis minus probandis quorundam Auctorum Scholasticorum, tributum plerumque par est, viribus liberi arbitrii, sententias hujusmodi aggravent, & multiplicent supra id, quod in ullo ex istidem auctoribus reperitur; eoque modo a se aggravatas, & multiplicatas, nunquam communes Scholarum opiniones univerſis Theologis, quos propterea traducunt passim Pelagianorum nomine: immo Ecclesiæ Dei vivi, quæ est columna, & firmamentum veritatis, per summam improbitatem, & impietatem, ausi sunt imponere.

XIII. (7) A quibus proinde sententias ipsi ut recederent, cum causerentur, recedendum sibi a doctrina Ecclesiæ sui temporis, tanquam discrepante a veritate, antiquius definita, & defensa contra Pelagianos errores; accidit eis, iuxta Dei iudicio, quod videri volentes recedere ab opinionibus, minus probandis in extremo uno, de lapsi sint in errores, magis improbandos in extremo altero, oppositos doctrinæ, quam re vera Ecclesiæ Dei semper approbavit, S. Augustinus defendit suo tempore, & Scholastici Theologi, rectius sentientes, postea sunt secuti. Nam contra hanc doctrinam, isti sic impugnant liberum arbitrium humanæ voluntatis, ut illud, post peccatum, vel omnino tollant ex hominum natura, vel nimium coarcent, vel ad alienum ab eadem doctrina sensum detorqueant.

XIV. (8) In quibus sic aberrant, ut necesse habeant, Pelagianorum contra Catholicos sui temporis calumniam justificare, tanquam vera sit imputatio, quod tunc in doctrina Catholicorum auferatur ab hominibus liberum arbitrium; & suam ipsi insipientiam magis manifestam reddant, quam etiam tunc illorum fuerit, quos, simplicius negantes liberum arbitrium, S. Augustinus instruens per-

percunctabatur: Si non est Dei gratia; quomodo Dominus noster Jesus Christus salvat mundum? Si non est liberum arbitrium; quomodo judicat mundum? Eos denique ita admonebat: Ubi sentitis, vos non intelligere, interim credite divini eloquii; quia & liberum est hominis arbitrium, & gratia Dei, sine cuius adjutorio liberum arbitrium nec converti potest ad Deum, nec proficere in Deo.

XV. (1) Quin immo iidem Sectarii, cum, illos de libero arbitrio errores amplectendo, non possent simul retinere orthodoxum sensum de gratia Dei, depræhenduntur in hoc pervertendo sic progressi, ut commune illud cum Pelagianis, eorumque reliquis errandi principium, prævenientem Dei gratiam non esse adjuvantem, resuscitent etiam ipsi, tamen ad oppositum illis errorem stabilendum id convertant. Quemadmodum etiam illi admittentes, hominem in bono opere a Dei gratia semper adjuvari, noluerunt confiteri, quod illa eum præveniat; sic quod in excitanda ejus ad bonum opus voluntate, operetur, efficiendo, ipsam illud velle; quoniam hoc putabant, adversari voluntatis libertati: similiter & isti docent, quod gratia præveniens sic in homine operetur velle, ut negent, quod adjuvet hominem ad volendum, ne cogantur, libertatem humanæ voluntatis confiteri: cum, juxta doctrinam S. Augustini, in Ecclesia semper approbatam, qui ad aliquod adjuvantur, etiam ipsi sponte, adeoque voluntatis suæ arbitrio, id conantur.

XVI. (2) His igitur ita se habentibus, Concilium generale Tridentinum; quod novissime, magna omnipotenti Dei providentia, celebratum esse, constat, sic a Spiritu Sancto fuit directum, ut in suis de dogmatibus fidei Decretis, & Canonibus, non tantum confutaret, atque condemnaret errores eorumdem Sectariorum; sed etiam renovaret doctrinam, olim definitam contra Pelagianam hæresim, ejusque reliquias. Quod licet modo isti, tanquam superfluum laborem, spernant, ac derideant; tamen necessarium id fuisse, agnoscunt omnes illi, qui norunt, ipsos esse non tantum hæreticos, contra quorum errores instruendi, muniendique erant fideles populi; sed insuper falsos accusatores, a quorum calumniis Ecclesiæ Dei erat vindicanda. In quo illustretur etiam testimonium datum est, quod apud quoscumque Scriptores, quantumvis alioquin doctos, atque celebres, reperiantur opiniones aliqua, quæ Pelagianismi errores, aut reliquias sapiunt, eas Ecclesiæ Dei nequaquam approbet.

XVII. (3) Cæterum, qui in Ecclesia, pro suo quique zelo, ac talento, contra hæreticos istos, tam ante Concilium Tridentinum, quam post illud congregatum, ac celebratum, pertractant copiosius de hoc dogmate, cum in eo consentiant, quod quæcumque scripserunt, atque docuerunt, illa subiciant iudicio, & correctioni Sedis Apostolicæ (id, quod tanquam indicium Catholici animi consuevit accipi in Ecclesia, tametsi contingeret, illum in errore, citra intentionem suam, versari, qui ita profitetur) etiam præcipui ex iis, ac plerique eisdem Ecclesiæ hostes validissime confutantur. Verum non perinde omnes, sic scribentes, & se submittentem, aut recte, aut vere sensum S. Augustini, vel Ecclesiæ

Dei declararunt, atque defenderunt. Quin immo aliqui, licet pauci, non dissimulant præ se ferre, velle se de aliquibus, & quidem ex præcipuis capitibus, ad idem dogma pertinentibus, diversam inducere sententiam a Doctrina S. Augustini; sed in quo nequaquam approbati sunt. Quin potius eorum præsumptio simul cum sententia reprehensa merito est ab aliis, in Ecclesia Scrip- toribus, & Doctoribus.

XVIII. (4) Sed & inter illos, qui se profitebantur, & etiam nunc profitentur, doctrinam eam sequi, aut saltem ab ea non dissentire, quæ defensa fuit a S. Augustino, subingressa est diversitas in sententiis, in modo explicandi dogma de gratia, & libero arbitrio, quæ tandem in diversis Christiani orbis partibus, in claris aliquot studiorum Universitatibus, & inter celebres quosdam Religiosorum Ordines, prorupit in apertam controverſiam, qua in publicis disputationibus, in editis libris, vocatum est in quæstionem, que sit sincera, & genuina intelligentia ejusdem dogmatis, intenta tum a S. Augustino in tractatibus suis, tum ab Ecclesia Dei in suis definitionibus, tam antiquis, quam per Concilium Tridentinum, novissime stabilitis.

XIX. (5) Neque novum, aut hoc tempore primum est auditum, sed antiquis etiam temporibus accidisse, scitur, quod, cum Catholica de hoc dogmate veritas defenderetur contra fidei hostes, aut alias ab iis affereretur, ut de ipsa recte sentiebant, invenirentur & qui causam ejus zelosius, quam solidius agerent; & qui, cum essent alioquin clari, & egregii in omnium virtutum studio viri, adducerentur in opiniones, ab eadem veritate discrepantes; tanta est ipsius dogmatis difficultas, & subtilitas; neque de illis, inter quos irrepsit ista controverſia, & nunc præcipue fervet, aliter nobis persuasum est, quam quod & ipsi, bono utrinque zelo, diversas de eo sententias initio sint amplexi, & secuti: alii, quod unam opinarentur faciliorem ad præsentium hæresim incendium, extinguendum: alii, quod alteram viderentur scire solidiorem ad incendium istud ita extinguendum, ut errorum antiquorum reliquias non suscitarentur. At, ne successu temporis accideret forte, ipsos abripi in affectus aliquos accusatores, a quorum hujusmodi diffensionibus conjuncti esse solent; utroque oportet Apostolicæ admonitionis notanter meminisse, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. (6)

XX. (7) Considerans ergo felix recordationis Clemens Papa VIII., noster in summo Pontificatu nuper Prædecessor, quanti sit momenti, ut omnes in Ecclesia, & in primis illi, qui vitæ suæ instituto, & professionis statu, pertinent ad decorem domus Dei, unanimem id ipsum dicant, atque sentiant, præcipue de dogmate usque adeo salutari; controverſiam istam, quando de ea gliscente alibi certior factus est, ad Sedem Apostolicam evocavit, ubi delectis ad examen ejus, & censuram diversarum nationum Theologis; ex quibus aliqui Episcopi, quidam etiam Archiepiscopi; ac deputatis quibusdam S. R. E. Cardinalibus, coram quibus tractaretur, tam ab his, quam ab illis sapissime sunt auditi, qui a partibus, inter quas præcipue verlabatur, constituti erant, suæ cuiusque sententiæ defensores, seu op-

(1) Quod de gratia Dei iidem etiam errent. S. Aug. lib. 1. ad Bonif. cap. 79. & 19. Et L. 4. c. 7. Lib. de grat. Christi cap. 10. Epist. 112. S. Prosper. in Epistol. ad S. Aug. Lib. de pecc. meritis c. 5. Et Epist. 84. (2) Concilium Tridentinum contra eorumdem errores, & Calvinitarum. (3) Inter Theologos Catholicos, qui scripserunt contra eosdem hæreticos, diversitas quædam in sententiis. S. Aug. lib. de pecc. Orig. cap. 6. 7. & 23. (4) Quod doctrinam sententiarum in hoc dogmate, subingressa inter Catholicos, prorupit tandem in apertam controverſiam. (5) Iudicium de iis, inter quos controverſia vertitur. (6) Ad Philip. c. 2. v. 3. (7) Diligentia adhibita a Clemente VIII. in controverſia ista examinanda & discutenda.

(1) Cura variis temporibus adhibita, in remediis contra hujusmodi errores adhibendis. S. Prosper. cont. Collat. cap. 41. & Carm. de Ingrat. S. Aug. Epist. 47. S. Prosper. ad cap. Gall. Resp. 8. & lib. cont. Collat. c. 10. Conc. Val. cap. 6. Possid. in vita S. August. c. 18. S. August. lib. de pecc. orig. c. 17. & lib. 3. cont. Jul. cap. 1. Galasius Epist. 3. & 5. (2) Encomia S. Augustini, ejusque doctrinæ in hac causa defendendæ. S. Hieron. dial. 3. cont. Pelag. Sancti. Prosper. de Ingr. c. 2. & 3. in Pref. ad c. Gall. lib. cont. Collat. c. 1. (3) S. Augustinum, ejusque doctrinam, nominatim de hoc dogmate, Sedes Apostolica quanti semper fecerit. S. Prosper. lib. cont. collat. S. August. l. 1. ad Bonif. cap. 1. S. Calasius. l. Epistol. ad Episc. Gall. Hieron. Ep. 97. ad Possid. (4) Quod Scholastici Theologi Augustinum in primis secuti sint, & ligantur in hoc dogmate. Elogium de S. Thoma Aquino. Urbanus VI. in Bulla Translationis corp. S. Thome. (5) Quod Scholastici aliqui Theologi opinionem quidam habeant, minus probandas, de viribus liberi arbitrii, sed quæ nequaquam impugnantur sunt Ecclesiæ Dei. Conc. Trid. Sess. 12. c. 4. (6) Sectarii horum temporum, quam improbe, & impie calumniantur Ecclesiam, doctrinamque de hoc dogmate. 19 Epistola S. Judæ. v. 9. 1. ad Tim. cap. 3. v. 15. (7) Errores eorumdem Sectariorum in impugnando libero arbitrio. (8) Quod sic errando insipientiam suam manifestent. S. August. Epist. 46. Lib. de grat. & lib. arb. c. 1. & 2.

purgatores sententiæ adversæ. Atque, ut plenior adhuc daretur satisfactio, idem summus Pontifex, etiam coram se, per annos aliquot, eandem controversiam sic curavit examinari, & discutiri, ut, auditis primum rationibus, & argumentis partibus, deinde examinis Censuris, & Judiciis, quid secundum hæc concludendum foret, assistentibus in hoc sibi Illustrissimis, & Reverendissimis Cardinalibus, S. R. E. Inquisitoribus Generalibus, pronuntiaverit.

XXI. (1) De quorum numero cum nos tunc fuerimus; ubi, translati ad meliorem vitam eodem Prædecessore, assumpti essemus, non in nostris meritis, sed solius Dei benignitate, ad hoc fastidium Pontificatus, in istos Prædecessoris nostri labores, tanquam qui ad officii Pastoralis primam curam spectant, statim introeunt, curavimus, examen istud coram nobis continuari, ac alias denuo diligentius, ac laboribus superaddidimus. Quibus, dirigente Spiritu Sancto, omnis disputatio, discussio, & tractatio perducta est ad Conclusionem. In qua, iussu Concilii Tridentini decretis, & canonicis, & cum eodem Concilio antiquioribus Ecclesiæ Dei de hoc dogmate definitionibus; atque adhibita, ubi res id exigat, illorum explicatione, quæ in istis decretis, canonicis, & definitionibus, ad præsentis controversiæ decisionem propius spectant: veritas doctrinæ, quæ de ea controversia est tenenda, decernenda, & prædicanda, per Capita quedam declaratur; & erroneæ de eadem controversia opiniones, a quibus abstinendum, & declinandum est, per propositiones aliquot exprimitur, prout hic subjicitur.

DE VIRIBUS LIBERI ARBITRII,
& de efficacia Auxiliorum gratiæ Dei
doctrina sana, & Catholica.

CAPUT PRIMUM.

De lapsu humani generis in prævaricatione primi hominis.

IN causa duorum hominum, quorum per unum, qui est primus parens noster, Adam, peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: per alterum, qui est Jesus Christus, Dominus noster, oportet, nos salvari a peccatis, fides, quæ proprie Christiana dicitur, sic consistit, ut de primo quidem homine, secundum definitiones Sanctorum Patrum, (2) fundatas in Scripturis Sacris, debeamus credere, & prædicare, quod, cum creatus esset in gloria, & honore, ultra bona omnia humanæ conditioni naturalia, accepit ex largiore Conditoris sui gratia supernaturalia multa dona, quæ ab ipso, si non peccaret, in propaginem quoque suam derivanda erant. Postea, mandatum Dei prævaricando, in tam gravem secum, & in se ruinam humanum genus præcipitavit, ut universi, qui communi propagationis lege, originem suam ex illo trahunt, nascantur non tantum spoliati gratuitis Dei donis, verum etiam vulnerati in bonis suis naturalibus, contrahentes singuli simul cum natura peccatum originale: quo præterquam quod coram Deo imundi sunt, & sub ejus offensa constituti rei æternæ damnationis; insuper in iis arbitrium voluntatis (quod, quantum exigit ratio libertatis naturalis, & conditio hominis, adhuc in via con-

stituti, manet vere liberum) est valde infirmatum, attenuatum, & vitiatum, in sua naturali possibilitate, & inclinatione ad bonum: etiam inclinatio hæc, & possibilitas non sic ita perditæ, ut omne opus hominis, jacentis sub ista ruina, peccatum esse oporteat.

CAPUT SECUNDUM.

Quod, ad salutem recuperandam, gratia Dei præveniat hominem; non autem homo ullo suo opere, aut conatu gratiam.

AD salutem vero recuperandam, similiter debemus credere, & prædicare, oportere hominem, in actibus, ad justificationem suam pertinentibus, a gratia Domini nostri Jesu Christi, ejusque auxiliis præveniri. Quam gratiam, quoniam Scripturæ Sacræ (3) passim docent, gratuito prorsus hominibus dari, secundum propositum voluntatis Dei, quorum vult, miserentis; ideo definitionibus Sanctorum Patrum (4) damnantur dicentes, Dei gratiam secundum merita nostra dari; & nobis, sine gratia desiderantibus, conantibus, & petentibus, misericordiam conferri divinitus. Juxta quas Scripturas, & definitiones, sincere intellectas, tenendum est, non esse ejusmodi aliquam legem, a Deo constitutam, peccatum auxiliis, quibus nos ipse preveniendo vocat, excitat, atque adjuvat, dentur homini, tanquam ex suis viribus facientis, seu conanti, quod in se est, ad gratiam obtinendam: (5) sive ex ea lege ponatur illis dari gratiam, qui præsumuntur, ex se quidpiam facere, seu conari, quod ita bonum sit, ut ad illam dandam Deum provocet, contradicente, & docente Scripturæ Sacræ, (6) quod omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum: sive ex ea lege ponatur, illis dari gratiam, qui qualemcumque sit, quod ex se possunt, pro suo quicquid ingenio id totum faciunt, seu conantur facere. Sed contra verissime docetur, (7) Dei gratiam, & Spiritum, qui, ubi vult, spirat, ob hoc omne ingenii genus, in filiis misericordiam non præterire: itemque omne ingenii genus in gehennæ illis præterire, ut qui gloriatur, in Domino glorietur. (8)

CAPUT TERTIUM.

Quomodo intelligendum sit, quod actus, ad justificationem, & salutem requisitus, non possit homo sine gratia Dei operari, sicut oportet.

CUM in Ecclesiasticis definitionibus damnatum sit, per naturæ vigorem hominem posse aliquid, quod ad salutem pertinet, cogitare, ut expedit, absque illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti; ac rursus, sine Spiritu S. inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur: (9) in iis definitionibus, per id, quod exprimitur, sicut oportet, sive, ut expedit, hoc intelligendum esse, quod est, cum circumstantiis debitis ab homine adhiberi, in commemoratis actibus, factis insinuatur, tam in doctrina, a SS. Patribus definita, & tradita, quam in ipsa Scripturæ Sacra, quando actus, qui sunt, sicut oportet, per hujusmodi circumstantias describuntur. Siquidem tales.

(1) Continuatio ejusdem diligentie a Paulo V. usque ad decisionem controversiæ. (2) S. August. lib. de grat. & lib. arb. c. 5. de peccato orig. c. 24. Ad Rom. 5. Act. c. 4. & 12. Mat. c. 1. Psal. 8. & 48. (3) Psal. 118. Ad Roman. cap. 3. Ad Ephi. 2. (4) In Concil. Trid. sess. 6. c. 5. & ex eo S. August. Epist. 106. & 107. Con. Araug. 11. Can. 6. (5) S. Bonav. in 2. dist. 38. art. 2. q. 2. (6) Ad Rom. 8. & Psal. 13. (7) S. Aug. lib. de peccat. mer. c. 21. (8) Joan. 3. 2. Cor. 10. (9) Conc. Trid. sess. 6. c. 3.

les actus sunt, verbum auditus Dei (ut Scriptura loquitur (1)) accipere, non ut verbum hominum, sed, sicut est vere verbum Dei, bonum aliquid, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare sic, ut eligatur; (2) salutari, idest Evangelicæ prædicationi consentire; credere in Deum; operari propter Deum, quod bonum est; diligere Deum propter seipsum, hominem vero, sive se, sive alium, propter Deum. Quapropter iisdem definitionibus adversatur dicere, quod possit homo actus, sic descriptos, operari, aut vellet operari sine gratia Dei, etiam intelligatur, tunc non fore supernaturales, sed naturales actus.

CAPUT QUARTUM.

Quam sit homo imbecillis ad resistendum tentationibus, nisi speciali Dei auxilio adjuvetur.

AD resistendum tentationibus, & difficultates superandas, quæ nos incitant ad transgrediendum Dei mandata, tanta est relicta ex peccato imbecillitas, etiam in ipsis justificatis hominibus, ut olim hæc de re ab Apostolica Sede (3) rescriptum fuerit, pares nos ad resistendum, non liberum arbitrium, sed Dei solum facere posse auxilium: & necesse esse, ut, quo auxiliante vincamus, eo iterum non adjuvante, vincamur. Ubi non id significatum est, necesse esse, ut in illud ipsum peccatum inducamur, ad quod nos tentatio urget: verum, quia tunc victa vitia deputanda sunt, cum Dei amore vincuntur, quem nisi Deus ipse non donat, nec aliter nisi per Mediatorem Dei, & hominum, hominem Jesum Christum: idcirco, licet in vitiiis, & illicitis concupiscentiis evincendis, in diaboli insidiis superandis, & tam in resistendo, quam in succumbendo quibuscumque tentationibus, homo habeat liberum usum propriæ voluntatis, (4) tamen, ut tentatus vincat, resistendo propter Deum, aut si gravior sit tentatio, sic ei resistat, ut in nullo ex ea peccatum inducatur, non sufficiunt vires naturales liberi arbitrii: sed necessariam est quotidianam, idest, continuo subministratum adjutorium speciale Dei; idque non tantum, ut facilius, sed omnino, ut vincatur tentatio.

CAPUT QUINTUM.

De efficacia Auxiliorum gratiæ Dei.

Juxta doctrinam, in Scripturis Sacris revelatam, atque in Scripturis, sine ambigua generalitate intellectis, approbatam, (5) semper ab Ecclesia Catholica de auxiliis gratiæ, quæ Deus per merita Domini nostri Jesu Christi, interius nos vocando ad salutem, & præveniendum in quocumque actu salutari, non solum excitat, sed etiam adjuvat, ad assentiendum, & cooperandum, debemus credere, & prædicare, ejusmodi auxilia, ex virtute, quam Deus, excitando, atque adjuvando pro sua omnipotentia, subministrat, esse adeo efficacia ad movendam quoscumque hominis voluntatem, secundum propositum voluntatis Dei, ut per illa præmovens nos Deus, voluntatis nostras sic inclinet, quod operatione, vere, & proprie efficiente perducat ipsas ad consensum. (6)

Unde cum constet, per motionem Dei, efficaciter præoperantis, hominem ad volendum, & agendum, quæ ad salutem suam pertinent, determinari, juxta significationem hujus verbi, dudum in Theologorum Scholis, & libris usurpatam; istud ad hunc modum fieri intelligitur, ut quæ Deus motione prævia determinat hominis voluntatem, eadem efficiat, voluntatem se determinare; adeoque id consensu suo eligere, ad quod determinate volendum Deus, eam per gratiam suam movendo, præoperatur; & in quo volendo, & agendo, eidem cooperatur. Id, quod homo tam libere vult, & agit, ut cum determinatione, per quam fit, ut contentiat Deo excitanti, atque vocanti, consistat possibilitas, & mutabilitas; quæ, pro libertate suæ naturæ, & conditionis, potest dissentire, si velit. & ex qua dissentiant, tum qui nolunt, inspirationem illam consensu suo recipere, quæ Deus, per Spiritus Sancti illuminationem eorum corda tangens, interius excitando, & vocando, gratiam ipsis offert; tum qui, postquam Deus, ulterius adjuvando, per gratiam suam fecit ipsos consentire, resiliunt denuo pro sua libertate. At quam verum est, quod cum determinatione, undecumque ea fit, stat libertas, quam consensus, & electionis propria ratio exigit; tam est etiam verum, quod cum operatione Dei, quando ita efficax est, ut, per eam præventa voluntas hominis efficiatur, se determinare, non possit simul consistere, quod homo dissentiat, seu velit dissentire.

CAPUT SEXTUM.

De modo motionis gratiæ Dei.

QUI de gratia Dei doctrinam sanam, & finceram olim impugnabant, (7) cum asserissent, non adjutorio Dei, sed ex nobis ipsis in nobis effici voluntatem bonam, idest, ut velimus, bene videntes illud Apostoli, Deus est, qui operatur in nobis velle, dogmati suo vehementer esse contrarium; ut hæc oppositionem solverent, interpretabantur, Deum operari in nobis velle, quod bonum est, & sanctum, dum nos futuræ gloriæ magnitudine, & præmium pollicitatione succendit; dum revelatione sapientiæ in desiderium sui torpentem excitat voluntatem; dum nobis suadet omne, quod bonum est. Sed tam illa eorum assertio proprii dogmatis, quam ista interpretatio sententiæ Apostolicæ, ab Ecclesia Catholica judicata semper est erronea. Quare & illi judicandi sunt errare, qui hoc quoque tempore, licet agnoscant, quod Deus, sua gratia præveniendum voluntatem hominis, virtutem subministrat, quæ sic excitat, atque adjuvat, ut per eam possit homo, & si ipse velit, quæ ad salutem suam pertinent, operari; & quod per eandem virtutem indeliberati quidam actus, in voluntate, & a voluntate hominis efficienter producantur; tamen asserunt, quod ulterius ad actus liberos volendi, & agendi non aliter movetur Deus, quam interius suadendo, invitando, & excitando, sive alio quomodocumque exprimat, moralis, seu metaphoricæ, ut eam ipsi vocant, motionis modo, attrahendo. Nam & huic assertioni contrarium est, quod Apostolus prædicavit, (8) Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere: quod Deus.

(1) Ad Theof. 2. (2) Concil. Araug. c. 7. & 25. (3) Innocent. I. Epistol. ad Conc. Carth. Celestin. I. Epistol. ad Epist. Gallie. S. Aug. l. 21. de Civitat. c. 16. (4) S. August. Epist. 106. (5) S. Aug. de Gratia Chr. c. 37. (6) Conc. Trid. sess. 6. c. 5. S. Aug. lib. 2. de peccat. mer. c. 18. l. 1. ad Bonif. c. 18. & 19. lib. de Grat. Chr. c. 2. & 34. lib. de Cor. & gra. c. 14. Epist. 107. l. 4. ad Bonif. cap. 7. S. Thomas 1. 2. q. 9. a. 6. ad 3. Conc. Trid. sess. 6. c. 5. & canon. 4. S. Prosper. l. 2. de voc. gent. c. 8. 12. & 28. Conc. Trid. sess. 6. can. 4. & c. 5. S. Thomas 1. 2. q. 15. art. 3. in 1. part. q. 87. art. 3. ad 2. Scot. in 4. sentent. dist. 49. (7) S. Aug. lib. de grat. Chr. cap. 10. Caput istud a D. Armashano secundis curis additum est. (8) Ad Phil. 2.

Deus ipse promittit per Prophetam, *Faciam, ut in præceptis meis ambulatis, & iudicia mea custodiat, & operemini*; quod Ecclesia Dei definitivè (1): *Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur, & operatur*. Siquidem testimonia ista certissime intelligenda sunt de operatione Dei, vere, & proprie, atque in hoc sensu physice nos efficiente velle, & operari, & perficere. Quo modo Deum per gratiam suam in nobis operari, quando Catholici quidam ita expriment, quod Deus ad actus liberos salutares voluntatem hominis physice prædeterminet, non aliud eo loquendi modo significare volunt, quam quod Deus per virtutem, quam, efficaci sua gratia voluntatem hominis præveniendò, subministrat, sic eam inclinet, atque applicet ad huiusmodi actus, ut non tantum metaphorice, seu moraliter ipsam moveat, sed etiam physice, idest operatione, vere, & proprie activa, efficiat, hominem ad eodem actus se determinare. In quo sensu qui negant, Deum efficaci sua gratia determinare, seu prædeterminare hominis voluntatem, errant quidem illi; verumtamen, quod ad loquendi modum attinet, que dicitur Deus physice voluntatem prædeterminare, seu determinare, in quantum est expositus alicui alteri sensui, qui adversatur humanæ voluntatis libertati, in tantum minus convenienter adhibetur, ad explicandum dogma de efficaci operatione, seu præoperatione gratiæ Dei.

CAPUT SEPTIMUM.

De necessitate gratiæ Dei.

Auxilia gratiæ Dei, & quidem efficaci, sunt adeo ad salutem necessaria, ut oporteat, consistere, de hac gratia verum esse, quod in Sanctorum Patrum definitionibus traditur, atque declaratur, (2) gratiam Dei, & adiutorium etiam ad singulos actus dari; seu nos per singulos actus adjuvare, ita ut sine illa nihil verè, sanctæque pietatis habere, cogitare, dicere, & agere valeamus. Que gratia, cum certum sit, quod post naturæ lapsus quibusdam detur, quibusdam non detur; quibus datur, misericordia Dei gratuita datur; quibus autem non datur, ex iustitia Dei non datur; ita ut, quod ea non adjuventur homines, in ipsis causa sit, non in Deo.

CAPUT OCTAVUM.

De potentia, & Providentia Dei, a qua auxilia gratiæ habent, quod sint efficacia.

Quod auxilia Dei sint efficacia, id ita referendum est in omnipotentiam voluntatis Dei, qua, prout attestatur Scriptura Sacra, omnia, quæcumque voluit, Dominus facit, ut in illo agnoscere oporteat dominium ejusmodi in voluntates hominum, etiam ut sunt libera, quo eas, & quidem magis habens in potestate sua, quam ipsi suas, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, quantumvis averfas, & adversas sic mutet, flectat, convertat, transferat, firmet, ac stabiliat, ut juxta hoc, quod de divina sapientia

prædicat Scriptura Sacra, *attingat a fine usque ad finem fortiter, & disponat omnia suaviter* Deus, & per potentiam suam in voluntatibus, & per voluntates hominum operando, certo, infallibiliter, & insuperabiliter efficiat, illas facere, quod vult per eas fieri; & per suam pariter providentiam eadem sic gubernet, & dirigat, ut id ipsum suo arbitrio, quod huc, atque illuc liberum flectitur, etiam ipsa faciant. (3)

CAPUT NONUM.

De Præscientia, & proposito voluntatis Dei, secundum quod auxilia gratiæ dantur.

Quod dentur hominibus auxilia efficaci gratiæ, est ex proposito voluntatis Dei, idest, ex decreto, quo Deus, quos vult ipse, quando, & ubi, assentiri, & cooperari, absolute prædeterminat, assensuros, & cooperaturos: (4) & in quo istem auxilia talia præparat, & præordinat, ex quorum efficacia certum est, & infallibile, quod assentientur, & cooperabuntur. Cuiusmodi decretum, cum se habeat antecederet ad præscientiam Dei de concursu hominum, absolute futuro, etiam præsupponit in Deo scientiam, qua ante omnem liberum actum suæ voluntatis, quæ de actibus hominum, ad salutem pertinentibus, quidpiam decernat, sic cognoscit, quid possit tam gratuita virtus auxiliorum suæ gratiæ in quolibet eorum gradu, quam naturalis possibilitas liberi arbitrii uniuscujusque hominis, in quibuscumque circumstantiis; ut id cognoscendo, prout perfectæ suæ providentiæ ratio exigit, præsciatur sub huiusmodi conditione sui actus, qualia si velit ipse dare auxilia, futurum sit, ut is consentiat, cui dantur. Verum, quod in Deo, ante omnem liberum actum suæ voluntatis, ideoque ante decretum, quo prædeterminat, hominem consensurum, ponatur a quibusdam scientia (ab ipsis media, vel alio quocumque nomine appellata) qua decretum istud, sive excludendo, sive præveniendò, comminiscuntur, Deum præscire consensum hominis futurum, sub huiusmodi conditione in objecto; si homo constituitur in certo quodam ordine rerum, auxiliorum, & circumstantiarum, ex infinitis illis ordinibus, qui per Divinam omnipotentiam esse possent; & quod consensus hominis, in quocumque ordine constituti, putetur futurus, non ex efficaciæ decreti, & auxiliantis gratiæ Dei, sed pro innata libertate voluntatis humanæ; positio ista, & opinio aliena est a vero sensu doctrinæ, qua de præscientia propositi, & beneficio gratiæ Dei in Ecclesia Christi approbatum, definitum, & hæcenus receptum est, quod in Deo, licet dividi præscientia a proposito temporali distinctione non possit; (5) præscientia tamen quodam ordine sit subnixæ proposito, quo in sua prædestinatione Deus ea præcipit, quæ fuerat ipse facturus: quia est faciunt homines bona, quæ pertinent ad colendum Deum; (6) tamen ipse facit, ut illi faciant: & quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio, ut omnis motus bonæ voluntatis fit a Deo. Etenim, juxta hanc doctrinam, (7) ad hoc, ut Deus præsciatur, quæ

facturi sumus, aut effemus bona, ad salutem nostram pertinentia, sicut agnoscimus, quod ipse ea faciat, seu faceret, nos faciendo facere, sic & agnoscere oportet, illum suo similiter decreto id ipsum prædefinire. Atque adeo usus beneficiorum gratiæ sic est in Deum referendus, ut, quod homo is bene utatur, aut uteretur, sit, & esset ex efficaci operatione ipsius gratiæ, discernentis utentem a non utente, salva in utroque arbitrii sui libertate.

CAPUT DECIMUM.

De Perseverantia in iustitia usque ad finem vite.

Effectus gratiæ Dei, in hac vita perfectissimus, est magnum illud perseverantiæ donum, quo in accepta per gratiam Dei iustitia persistitur usque in finem vite. (1) Ad quem quidem effectum auxilia, quæ dantur nunc per Jesu Christi merita, sunt re ipsa multo potentiora, quam quæ in statu innocentie donata erant, aut parata primo homini. Quippe qui & ipse, licet a Deo, qui cum fecerat rectum, creatus esset in bona voluntate, nec in se haberet quidquam,

quod concupiscentialiter ei resisteret: unde nec indigebat adiutorio gratiæ, quo fieret bonæ voluntatis, aut interiores illas superaret tentationes: (2) tamen, quia non talis natura ejus facta erat, ut sine Divino adiutorio posset permanere, etiam si vellet, in integritate, in qua Deus ipsum fecerat, accepit adiutorium, quo datum ei fuit, ut posset perseverare, si vellet; & quod, quandiu vellet, non esset ei defuturum. Sed adiutorium gratiæ quo nunc hominibus, quantumvis iustis, opus est ad perseverandum, tam potens sit oportet, ut per illud is donetur, & quod possint, & quod velint perseverare: (3) & cum possint, atque velint, ut etiam perseverent: id, quod Deus in suis electis, secundum propositum voluntatis suæ, ipsos dirigendo, & protegendò, ita operatur, ut ex beneficiis, quæ ad operandum eis præparat, & donat, sit certum, infallibile, & insuperabile, quod non nisi perseverantes sint futuri, & simul ipsi in sua perseverantia libere cooperentur tam potenter in se operanti Deo, qui, ad obediendum sibi, ipsum velle sic donat, ut etiam in perseverantibus illam mutabilitatem, qua possent nolle, non auferat.

ERRONEÆ DE EADEM CONTROVERSIA OPINIONES.

Propositiones erroneæ, ab Archiepiscopo Armachano primum delimitata.

Propositiones erroneæ, ab eodem Archiepiscopo Armachano secundis curis castigata.

Propositiones erroneæ, a PP. Secretariis digestæ, & a reliquis Consultoribus ultimo recognite, atque a summo Pontifice probatæ.

1. Peccatum primi hominis solum in donis supernaturalibus nobis nocuit.

2. Vires naturales liberi arbitrii tales prorsus secundum se in nobis post peccatum manserunt, quales illas effemus habituri, si homo fuisset conditus in statu mere naturali.

3. Parvuli, sine Baptismo decedentes, meliorem, post diem iudicii, in naturalibus vitam, vitio omni mentis, & corporis immunem, in perpetuas æternitates ducunt, quam ullus unquam mortalium duxerit.

4. In statu naturæ lapsæ, potest homo, cum solo concursu generali Dei, efficere opus bonum morale, quod, in ordine ad finem hominis naturalem, sit verè virtutis opus, referendo illud in Deum, sicut referri potest, ac deberet in statu naturali.

5. Ut sit in potestate hominis salutem recuperare, necessarium est fateri, quod, quandiu est in via, possit, præveniendò Dei gratiam, ex suis naturalibus facere, seu conari aliquid facere, ad justificationem consequendam.

6. Actum unumquemque, qui, si fieret peculiari impulsu Spiritus

1. Post prævaricationem Adæ, vires naturales liberi arbitrii tales prorsus secundum se in nobis manserunt, quales illas effemus habituri, si homo fuisset conditus in statu mere naturali.

2. In statu naturæ lapsæ, potest homo, cum solo concursu generali Dei, efficere opus bonum morale, quod in ordine ad finem hominis naturalem, sit verè virtutis opus, referendo illud in Deum, sicut referri potest, ac deberet in statu naturali.

3. Ad hoc, ut sit in potestate hominis salutem recuperare, necessarium est fateri, quod, quandiu est in via, possit, præveniendò Dei gratiam, ex suis naturalibus facere, seu conari aliquid eorum, quæ ad justificationem consequendam spectant.

4. Quotiescumque homo conatur, prætere est ad conandum id, quod ex sese potest, circa ea, quæ ad justificationem spectant; Deus illi confert gratiam prævenientem, auxiliare, quibus id faciat, ut oportet ad salutem.

5. Christus Dominus cum Patre æterno legem hanc subve-

1. IN statu naturæ lapsæ, potest homo, cum solo concursu generali Dei, efficere opus bonum morale, quod, in ordine ad finem hominis naturalem, sit verè virtutis opus, referendo illud in Deum, sicut referri potest, ac deberet in statu naturali.

2. Si homo, quandiu est in via, non possit ex suis naturalibus, cum solo concursu generali Dei, aliquid facere, seu conari ad justificationem consequendam; in potestate illius non esset salutem recuperare.

3. Nullus est actus, qui, si fieret ex peculiari impulsu Spiritus sancti, esset supernaturalis, quem homo, cum solo concursu Dei generali, non possit, ex viribus naturalibus liberi sui arbitrii elicere, quod substantiam, & omnes debitas circumstantias.

4. Postquam homo edoctus fuerit, auxilium gratiæ Dei sibi esse necessarium ad eliciendos actus supernaturales; possit ex suis solis viribus naturalibus illud desiderare, petere a Deo, sibi donari, & fatagere, se disponere ad illud recipiendum.

5. Quotiescumque homo conatur, prætere est ad conandum

(1) Concil. Arauscan. II. can. 3. (2) In Concil. Palest. & ex illo S. August. Epist. 106. & 107. In Concil. Afr. S. Prosp. in resp. ad cap. Gall. cap. 8. contra Coll. S. Aug. in Ench. c. 98. l. 1. ad Bonif. cap. 20. l. de Prædest. 55. c. 6. de Pecc. merit. cap. 17. (3) S. Aug. l. 5. de Civ. c. 8. lib. 4. contra Jul. c. 8. S. Prosp. l. 1. de Voc. c. 22. S. Thom. 1. p. q. 19. art. 6. P'sal. 137. S. Aug. lib. de Grat. & Lib. arb. cap. 20. S. Th. 1. p. q. 85. art. 1. ad 3. & 4. l. 1. cont. gen. cap. 68. qu. 3. de pot. art. 7. ad 3. Scot. in 3. dist. 17. q. 1. S. Aug. in Ench. cap. 98. lib. de Grat. Chr. cap. 24. l. 4. cont. Jul. cap. 3. l. 2. cap. 10. libro de Grat. & Lib. arb. c. 4. & 21. lib. de Prædest. 55. c. 20. l. de don. Persev. c. 6. & 7. S. Aug. Ep. 105. S. Prosp. cont. Coll. c. 38. & in Carni. de Ingr. c. 15. S. Aug. l. 2. de peccat. merit. cap. 10. Sap. 8. (4) S. Aug. de dono Persev. c. 14. (5) S. Prosp. Epist. ad S. Aug. (6) S. Aug. lib. de Prædest. 55. c. 10. (7) Celest. l. in Ep. ad Epist. Gall.

(1) Conc. Trid. sess. 6. c. 6. S. Aug. de Correp. & grat. c. 6. & lib. de dono Persev. c. 6. (2) Aug. de Correp. & grat. c. 11. & 12. (3) S. Thom. 1. 2. qu. 10. art. 109. S. Aug. lib. de Correp. & grat. c. 7. & lib. de dono Persev. c. 14. S. Prosp. lib. de voc. gent. c. 28.

tus Sancti, esset supernaturalis, atque ita ad salutem accommodatus, potest homo, faciendo, quod in se est, ex solis viribus naturalibus liberi sui arbitrii, sic operari, ut sit mere naturalis.

7. Postquam edoctus fuerit homo, auxilium supernaturale gratiæ Dei esse necessarium ad eliciendos actus supernaturales, potest ex solis suis naturalibus illud desiderare, petere, a Deo sibi donari, & fatagere, se disponere ad illud recipiendum.

8. Quotiescumque homo conatur, præstare est ad conandum totum id, quod ex se solo potest, circa ea, quæ ad justificationem pertinent, Deus illi confert gratiam prævenientem, auxiliave, quibus idem ipsum, ut oportet ad salutem efficiat.

9. Christus Dominus cum Patre æterno legem hanc constituit, ut, quoties homo ex sola facultate naturali conaretur facere, quod in se est, præsto illi essent auxilia, quibus id, ut oportet ad salutem, efficeret.

10. Licet Deus sæpe liberum hominis arbitrium, omnino præveniendi, excitet sua gratia; tamen in aliquibus liberum arbitrium conatu suo prævenit gratiam circa ea, quæ ad justificationem consequendam pertinent.

11. Interna Dei vocatio, seu excitatio per gratiam prævenientem ad actus salutaris, sic relinquit locum usui libero humane voluntatis, ut ab hominum arbitrio pendeat non solum actus quilibet salutaris, ad quem operandum vocantur, atque excitantur; sed etiam ipsa Dei vocatio, & excitatio ad ejusmodi actum.

12. Cogitationes, & actiones hominum, quæ solent antecedere internam Dei vocationem, & excitationem ad actus salutaris; quod ad eam ordinentur, solum est ex ipsorum libero arbitrio, non autem ex proposito, quo statuit illos Deus vocare, & excitare.

13. Potest homo ex facultate sui liberi arbitrii, cum solo concursu generali Dei, iis, quæ credenda sunt, sibi propositis, & explicatis assentiri tanquam a Deo revelatis, & quia a Deo revelata sunt.

14. Præexistente in intellectu assensu, quo revelatis assentimur, in facultate liberi arbitrii, cum solo concursu generali Dei, est, elicere actum sperandi a Deo, quæ a Deo revelata, & promissa sunt nobis.

15. Potest homo, in statu naturæ lapsæ, solis viribus naturalibus arbitrii sui, & concursu

niendi hominibus constituit, ut, quoties homo ex naturali facultate conatur facere, quod in se est, præsto illi essent auxilia gratiæ, quibus id, ut oportet ad salutem, efficeret; tametsi sæpe Deus, præter istam legem, liberum hominis arbitrium omnino præveniendi, quasi sopitum, ac torpens, excitat.

6. Interna Dei vocatio, five excitatio per gratiam prævenientem ad actus salutaris, sic relinquit locum usui libero humane voluntatis, ut ab hominum arbitrio pendeat non solum actus quilibet salutaris, ad quem operandum vocantur, atque excitantur, sed etiam ipsa Dei vocatio, & excitatio ad ejusmodi actum.

7. Cogitationes, & actiones hominum, quæ solent antecedere internam Dei vocationem, & excitationem ad salutem, quales sunt legere, & audire verbum Dei, accedere, & intendere ad conciones, etiam animo addiscendi, atque amplectendi, quod verum, bonumque esse judicatur; quod ad ejusmodi vocationem, seu excitationem ordinatur, solum est ex ipsorum hominum libero arbitrio.

8. Potest homo ex facultate sui liberi arbitrii, cum solo concursu generali Dei, mysteriis fidei, sibi propositis, & explicatis, & quidem omnibus, atque firmiter assentiri, tanquam a Deo revelatis, & quia a Deo revelata sunt; ac præexistente ejusmodi assensu in intellectu, sperare a Deo, quæ a Deo revelata, & promissa sunt nobis; & in statu naturæ lapsæ elicere actum absolutum dilectionis Dei super omnia, placendi Deo in omnibus, & propositum absolutum servandi omnia mandata naturalia, obligantia sub culpa lethali.

12. Liberum nostrum arbitrium, cum solo concursu generali Dei, præexistente maxime lumine fidei, elicere potest ex Dei timore actum attritionis, & ex Dei amore actum contritionis de peccatis commissis, cum proposito non peccandi amplius lethaliter; modo actus isti omnes, & singuli, sic elicti, intelligantur esse mere naturales, non autem supernaturales.

9. Postquam edoctus fuerit homo, auxilium gratiæ Dei sibi esse necessarium ad eliciendos actus supernaturales; potest ex solis suis naturalibus illud desiderare, petere a Deo, sibi donari, fatagere, se disponere ad illud recipiendum.

10. Homo in natura lapsa, interim dum judicium rationis in eo non absorbetur, arbitrii sui viribus, cum solo concursu generali Dei, quamcumque gravem tentationem, quam, pro servanda lege naturali, necesse sit vincere, si non longo tem-

porum id, quod ex se solo potest, circa ea, quæ ad justificationem pertinent; Deus illi confert gratiam prævenientem, auxiliave, quibus id faciat, ut oportet ad salutem.

6. Christus Dominus cum Patre æterno legem hanc constituit, ut, quoties ex nostris viribus naturalibus conaremur facere, quod in nobis est; præsto nobis essent auxilia gratiæ, quibus ea, ut oportet ad salutem, efficeremus.

7. Deus, secundum communem cursum, non omnino prævenit, & excitat gratia sua liberum hominis arbitrium; sed interdum tantum illud sopitum, ac torpens prævenit, & omnino excitat.

8. Si interna Dei vocatio, & excitatio per gratiam prævenientem non pendeat a libero nostro arbitrio, nullus relinquatur locus usui libero humane voluntatis.

9. Potest homo ex facultate sui liberi arbitrii, cum solo concursu generali Dei, iis, quæ credenda sunt, sibi propositis, & explicatis assentiri, assensu mere naturali, tanquam a Deo revelatis, seu quia a Deo revelata sunt.

10. Præexistente in intellectu assensu, quo revelatis assentimur, in facultate liberi arbitrii, cum solo concursu generali Dei, est, elicere actum naturalem sperandi a Deo, quæ ab eo revelata, & promissa sunt nobis.

11. Potest homo in statu naturæ lapsæ, solis viribus naturalibus arbitrii sui, & concursu generali Dei, elicere actum absolutum dilectionis Dei super omnia, placendi Deo in omnibus, & propositum absolutum servandi omnia mandata naturalia, obligantia sub culpa lethali.

12. Liberum nostrum arbitrium, cum solo concursu generali Dei, præexistente maxime lumine fidei, elicere potest ex Dei timore actum attritionis, & ex Dei amore actum contritionis de peccatis commissis, cum proposito non peccandi amplius lethaliter.

13. Auxilia divinæ gratiæ non sunt necessaria ad prædictos actus credendi, sperandi, & diligendi simpliciter eliciendos, sed solum, ut fini supernaturali accommodati, & commensurati efficiantur.

14. Homo in natura lapsa, interim dum judicium rationis in eo non absorbetur, potest arbitrii sui viribus, cum solo concursu generali Dei, superare, in quocumque temporis momento, quamcumque tentationem, quam, pro servanda lege naturali, necesse est vincere.

15. Qui

generali Dei, elicere actum absolutum dilectionis Dei super omnia, placendi Deo in omnibus, & propositum absolutum servandi omnia mandata naturalia, obligantia sub culpa lethali.

16. Liberum nostrum arbitrium, cum solo concursu generali Dei, præexistente maxime lumine fidei, elicere potest ex timore actum attritionis, & ex Dei amore actum contritionis de peccatis commissis, cum proposito non peccandi amplius lethaliter.

17. Ad ejusmodi actus fidei, dilectionis, attritionis, & contritionis gratia non est necessaria, ut eliciantur; sed solum, ut, qui elicti ex solis viribus liberi arbitrii essent mere naturales, constituantur in ordine supernaturali; atque ita commensurentur supernaturali fini.

18. Homo in natura lapsa interim, dum judicium rationis in eo non absorbetur, potest arbitrii sui viribus, cum solo concursu generali Dei, superare, in quocumque temporis momento, quamcumque tentationem, quam, pro servanda tunc lege naturali, necesse sit vincere.

19. Qui cum solo concursu generali non resistit quocumque tentationi, ideo peccat consentiendo, quia, secluso quocumque majori auxilio, in potestate ipsius positum est, tanetsi non sine ingenti difficultate, præceptum tunc non transgredi.

20. Ad tentationem quamcumque, quæ non longo tempore durat, toto illo tempore superandam, satis sunt vires naturales, in libero arbitrio post lapsum remanentes.

21. In statu naturæ lapsæ, ad superandas tentationes non est aliter gratia necessaria, quam ut facilius superentur singule, aut ut omnes superentur; sic ut decursu temporis nulli succumbatur, aut ut victoria sit vitæ æternæ meritoria.

22. Homo, qui fordibus etiam lethalium peccatorum est infectus, potest conari ex suis naturalibus, cum solo concursu generali, mortem pro Deo subire, efficeretque, pro oblata occasione, ut suorum peccatorum poenitentia veniam consequatur: quod quicumque conaretur, responderetur in gratia, essetque vere Martyr.

23. Ut in actibus, ad salutem pertinentibus, libertas humane voluntatis conciliari possit cum efficacia auxiliorum prævenientis gratiæ Dei, agnoscere oportet, auxilia ejusmodi non habere a Deo, quod sint efficacia; sed id dependere a liberi

Serry Tom. II.

pore dū e, potest toto illo tempore superare: & quantumcumque duret, potest similiter eam superare, in quocumque temporis momento: ita ut, quandoque ei consentit, ideo peccet, quia, secluso quocumque majori auxilio, in potestate ipsius positum est, non transgredi tunc legem.

11. Homo etiam, qui fordibus lethalium peccatorum est infectus, potest conari ex suis naturalibus, cum solo concursu generali, mortem pro Deo subire, efficeretque, pro oblata occasione, ut suorum peccatorum poenitentia veniam consequatur; quod quicumque conaretur, responderetur in gratia, essetque vere Martyr.

12. Ut in actibus, ad salutem pertinentibus, libertas humane voluntatis conciliari possit cum efficacia auxiliorum prævenientis gratiæ Dei, agnoscere oportet, auxilia ejusmodi non habere a Deo, quod sint efficacia, sed id pendere ab arbitrio nostri libero cum illis concursu, & cooperatione; eademque sic esse subdita potestati humane voluntatis, ut homo ipse sit, qui, pro innata sua libertate, iis utendo, efficacia reddit, atque efficit: nec Deum, per illa vocando hominem, donare, seu efficere proprie, ut iis consentiat, sed ab ipso consensum expectare: nec per eadem determinare voluntatem ad consentiendum, sed inclinare, per modum proponentis obiectum: nec proinde a virtute motionis Dei gratiam dici efficacem, sed ab effectu, quem per hoc sortitur, quod illi voluntas hominis cooperetur.

13. Qui, a Deo preventus, virtutem accipit, per quam intellectus ejus sic illuminatur, & voluntas sic afficitur, ut possit consentire, si ei consentit, non accipit ad hoc virtutem aliquam prævenientis gratiæ re ipsa majorem, quam si non consentiret; sed hac tantum consideratione majus donum, seu beneficium dicendus est accipere, quia gratia in talibus circumstantiis illi datur, in quibus futurum erat, ut pro innata sua libertate consentiret.

14. Auxilium gratiæ esse efficax, non aliud est, quam vocationem Dei interioriorem ita esse congruam, seu contemperatam ingenio, complexionem, & conditioni naturali hominis, secundum circumstantias, in quibus adhibetur, ut is pro innata sibi libertate consentiat.

15. Qui interiori vocatur, seu excitatur a Deo, ideo ab eo adjuvatur, quia vult ipse operari; non autem ideo vult homo ope-

15. Qui cum solo concursu generali Dei non resistit quocumque tentationi, ideo peccat, consentiendo, quia, secluso quocumque majori auxilio, in potestate ipsius positum est, tanetsi non sine ingenti difficultate, præceptum non transgredi.

16. Ad tentationem quamcumque, quæ non longo tempore durat, toto illo tempore superandam, satis sunt vires naturales, in libero arbitrio post lapsum remanentes.

17. In statu naturæ lapsæ, ad superandas tentationes, non est aliter gratia necessaria, quam ut facilius superentur singule, aut ut omnes superentur: sic, ut decursu temporis nulli succumbatur, & ut victoria meritum vitæ æternæ contineat.

18. Homo etiam, qui fordibus lethalium peccatorum est infectus, potest conari ex suis naturalibus, cum solo concursu generali Dei, mortem pro Deo subire, efficeretque, pro oblata occasione, ut suorum peccatorum poenitentia veniam consequatur: quod quicumque conaretur, responderetur in gratia, essetque vere Martyr.

19. Si auxilia prævenientis gratiæ Dei non ita subdantur humane voluntati, ut a libero consensu, & cooperatione arbitrii nostri cum illis, habeant, quod efficacia sint; libertas humane conciliari non potest cum illorum efficacia in actibus, ad salutem pertinentibus.

20. Si liberum nostrum arbitrium ab efficacia Divini auxilii habeat, quod consentiat, & cooperetur, perit libertas, quia potest homo inspirationem Spiritus Sancti, cor tangentis, abicere, & Deo excitanti, atque vocanti dissentire, si velit.

21. Ex sola arbitrii humani libertate provenit, quod ex duobus, æquali auxilio interius a Deo vocatis, unus converteratur, altero in peccato permanente.

22. Nullum est auxilium prævenientis gratiæ, quod potentius adjuvet liberum arbitrium, ad producendos actus salutaris, quam quod interius illuminando intellectum, & afficiendo voluntatem, illud excitat, allicit, & invitat ad operandum.

23. Qui, preventus a Deo, consentit, non accipit aliam potentioris gratiam prævenientem, quam si non consentiret, sed, hac tantum consideratione, majus donum, seu beneficium recipit, quia gratia illi datur in talibus circumstantiis, in quibus Deus prævidit, futurum, ut pro sua innata libertate consentiret.

24. Auxilium gratiæ esse efficax, idem est, quod esse ita

L 1 2 con-

arbitrii nostri consensu, & cooperatione.

24. Auxilia gratiæ Dei sic subduntur humanæ voluntati, ut homo ipse sit, qui, pro innata sua libertate iis utendo, reddit efficaciam.

25. Si liberum nostrum arbitrium ab efficacia Divini auxilii habeat, quod consentiat, & cooperetur, potest inspirationem Spiritus Sancti, cor tangentis, abjicere, & Deo excitanti, atque vocanti dissentire, si velit.

26. Auxilium quodcumque præveniens gratiæ, qua præveniens est, ex virtute, quam habet a Deo, non potentius adjuvat liberum arbitrium ad producendos actus salutares, quam quod, interius illuminando intellectum, & efficiendo voluntatem, illud excitat, allicit, invitatur ad operandum.

27. Qui, præventus a Deo, consentit, non accipit ad hoc virtutem aliquam præveniens gratiæ re ipsa majorum, quam, si non consentiret; sed, hac tantum consideratione, majus donum, seu beneficium accipit, quia gratia in talibus circumstantiis ipsi datur, in quibus futurum erat, ut pro innata sua libertate consentiret.

28. Gratia, quantumvis efficax, nihil aliud est, nisi suasio, qua non determinat voluntatem, sed inclinat, per modum proponendi obiectum, quod desiderat.

29. Auxilium gratiæ esse efficax, idem est, quod esse ita congruum, seu contemptatum ingenio, complexioni, & conditioni naturali hominis, secundum circumstantias, in quibus datur, ut is, pro innata sibi libertate, eidem consentiat.

30. Efficacia auxiliorum Divinæ gratiæ, in movenda hominis voluntate ad consentiendum, est tantum moralis, seu metaphorica.

31. Deus præveniente sua gratia, quantumvis efficaci, non sic interius vocat, ut proprie efficiat, hominem consentire; sed ab ipso expectat consentium.

32. Auxilium, quo Deus, efficienter influendo ad actus salutares producendos, liberum hominis arbitrium adjuvat, non est influxus in ipsum arbitrium, ut in causam, sed simul cum arbitrio in ipsos actus.

33. Qui interius vocatur, si ve excitatur, ideo adjuvatur, quia vult ipse operari; non autem ideo vult homo operari, quia a Deo adjuvatur.

34. Auxilium gratiæ Dei, & liberum hominis arbitrium, sunt causæ partiales, a se mutuo pen-

rari, quia a Deo adjuvatur. 16. Deus, efficaci sua gratia voluntatem hominis præveniendo, movet eam ad actus liberos bonos, solum interius suadendo, invitando, excitando, aut alio (quomodocumque nominetur) moralis, seu metaphorice motionis modo, ipsam attrahendo, non etiam vere, & active proprie efficiendo velle, & operari.

17. Auxilium, quo Deus, efficienter influendo ad actus salutares producendos, liberum hominis arbitrium adjuvat, non est influxus in ipsum arbitrium, ut in causam, sed simul cum arbitrio in ipsos actus.

18. Auxilium gratiæ Dei, & liberum hominis arbitrium sunt causæ partiales, a se mutuo pendentes, actuum salutarium, ab utroque procedentium.

19. Auxilium Dei efficax, quod, præter vocationem, atque excitationem, est homini necessarium ad conversionem, & salutem, consistit in infusione habituum gratiæ, & virtutum.

20. Homo, comparato habitu fidei, spei, & caritatis supernaturalis, potest, cum generali Dei concursu, elicere unum, vel alterum actum fidei, spei, aut caritatis supernaturalis, elicereque unum, aut alterum opus meritiorum.

21. Constitutus in gratia potest, per suum liberum arbitrium, absque alio speciali auxilio, secum statuere, vel in observatione præceptorum divinorum perpetuo manere, Deumque nunquam lethaliter offendere, vel castitatem servare, aliquidve aliud difficile per longum tempus efficere.

22. Voluntas humana non est sic subiecta potestati, & dominio Dei, ut possit Deus vere, & proprie efficere, hominem actum aliquem exercere, quem & ipse homo, salva sua libertate, exerceat.

23. Si voluntas aliqua tam prava esset, ut omnibus temporibus, & momentis resisteret cuiusque vocationi, moraliter tantum eam moventi ad consentiendum; non posset Deus ipsam convertere efficaciter, sic ut libere converteretur.

24. Ad conciliandam libertatem humanæ voluntatis in actibus, ad salutem pertinentibus, cum certitudine Divinæ præscientiæ, providentiæ, & prædestinationis in Deo, ante omnem liberum actum suæ voluntatis, quod decernat quidpiam, pertinet ad salutem hominis, ponenda est huiusmodi scientia, qua præcognoscat eisdem consentium futurum sub conditione, si in certo quodam ordine eorum,

congruum, seu contemptatum ingenio, complexioni, & conditioni naturali hominis, aliisque exterioribus circumstantiis, ut is pro innata sibi libertate eidem consentiat.

25. Deus sua efficaci gratia movet hominis voluntatem ad actus liberos bonos, solum interius suadendo, invitando, & excitando, aut aliter moraliter, seu metaphorice attrahendo.

26. Si Deus per gratiam suam efficacem, vere, & active proprie, hoc est, vera, & reali actione ita præmoveret voluntatem humanam, ut eam inclinaret, & applicaret ad actus pietatis liberos, tolleretur ejus libertatem.

27. Deus sua gratia præveniente, quantumvis efficaci, non sic interius vocat, ut proprie efficiat, hominem consentire, sed ab ipso expectat consentium.

28. Auxilium, quo Deus, efficienter influendo ad actus salutares producendos, liberum hominis arbitrium adjuvat, non est influxus in ipsum arbitrium, ut in causam, sed simul cum arbitrio in ipsos actus.

29. Qui interius vocatur, seu excitatur, ideo adjuvatur, quia vult ipse operari; non autem ideo vult homo operari, quia a Deo adjuvatur.

30. Auxilium gratiæ Dei, & liberum hominis arbitrium sunt causæ partiales, a se mutuo pendentes, actuum salutarium, ab utroque procedentium.

31. Ad conciliandam libertatem humanæ voluntatis in actibus, ad salutem pertinentibus, cum certitudine Divinæ præscientiæ, providentiæ, & prædestinationis in Deo, ante omnem liberum actum suæ voluntatis ponenda est scientia, ab aliquibus Media appellata, qua certo, & infallibiliter cognoverit, in quam partem cuiusque hominis arbitrium, pro sua libertate, se esset flexurum, ex hypothesi, quod illud in hoc, vel illo ordine rerum, circumstantiarum, & auxiliorum collocare vellet.

32. Cum libertate humani arbitrii non potest consistere, quod Deus, antecedenter ad scientiam de consensu hominis futuro, prædestinat absolute, ut is Divinæ vocationi, seu excitationi consentiat.

33. Certitudo, qua Deus infallibiliter præscit, hominem prævenient suæ gratiæ consenturum, & cooperaturum, non immititur decreto absoluto, quo ipse prædestinat, quod consentiat, & cooperetur; sed in usu auxiliorum gratiæ, pro innata libertate hominis futuro.

34. Quod

dentes, actuum salutarium, ab utroque procedentium.

35. Auxilium Dei efficax, quod, præter vocationem, atque excitationem, est homini necessarium ad conversionem, & salutem, consistit in infusione habituum gratiæ, & virtutum.

36. Homo, comparato habitu fidei, spei, aut caritatis supernaturalis, potest, cum communi auxilio Dei, elicere unum, aut alterum actum fidei, spei, aut caritatis supernaturalis, elicereque unum, aut alterum opus meritiorum.

37. Constitutus in gratia potest per suum liberum arbitrium, absque alio speciali auxilio, secum statuere, vel in observatione præceptorum Divinorum perpetuo manere, Deumque nunquam lethaliter offendere, vel castitatem servare, aliquidve aliud difficile per longum tempus efficere.

38. Voluntas hominis non est sic subiecta potestati, & dominio Dei, ut possit Deus vere, & proprie efficere, hominem actum aliquem elicere; ita ut eundem actum etiam ipse homo, pro voluntatis suæ arbitrio, libere exerceat.

39. Si voluntas hominis aliqua tam prava esset, ut omnibus temporibus, & momentis resisteret cuiusque vocationi, moraliter tantum eam moventi ad consentiendum, non posset Deus ipsam convertere efficaciter sic, ut libere converteretur.

40. Quamvis voluntas humana, absque præiudicio suæ libertatis, se ipsam determinet; tamen non potest Deus eam determinare ad volendum, aut agendum, nisi auferendo, aut impediendo ejusdem libertatem.

41. Ad conciliandam libertatem humanæ voluntatis in actibus, ad salutem pertinentibus, cum certitudine Divinæ præscientiæ, providentiæ, & prædestinationis in Deo, ante omnem liberum actum suæ voluntatis, quod decernat quidpiam, ad salutem hominis pertinens, ponenda est huiusmodi scientia, qua præcognoscat ejusdem consentium futurum sub conditione, si in certo quodam ordine rerum, auxiliorum, circumstantiarum constitutur, in quo alioqui ex auxiliorum efficacia non sit infallibile, quod consentiat.

42. Cum libertate humani arbitrii non potest consistere, quod Deus, antecedenter ad scientiam de consensu hominis futuro, prædestinat absolute, ut is Divinæ vocationi, seu excitationi consentiat.

auxiliorum, & circumstantiarum constitutur, in quo alioqui ex auxiliorum efficacia non sit infallibile, quod consentiat.

25. Certitudo, qua Deus infallibiliter præscit, hominem prævenient suæ gratiæ consenturum, & cooperaturum, non immititur decreto absoluto, quo ipse prædestinat, quod consentiat, aut cooperetur, sed in usu auxiliorum gratiæ, pro innata hominis libertate futuro.

26. Quod Providentia Dei, in distribuendis auxiliis suæ gratiæ, fortitur rationem prædestinationis, pendet ex præscientia usus, atque adeo ex usu eorundem futuro; & quod usus iste non sit ita in Deum referendus, ut quod homo bene utatur auxiliis Dei, sit ex efficacia gratiæ, aut prædestinationis Divinæ.

27. Certitudo salutis prædestinationum non est ex virtute beneficiorum, quæ Deus sic præparaverit, atque donet, ut iis, prout ab ipso veniunt, certissime liberentur, quicumque liberantur; sed ex præscientia Dei conditionata de usu eorundem beneficiorum futuro, pro innata utilium libertate.

28. Accidere potest, ut ex duobus, æqualiter per omnia affectis, & æquali omnino auxilio gratiæ Dei præventus, unus convertatur, alter vero non; & quomodocumque is, qui vel æquali, vel etiam minori auxilio Divini motione interius invitatus, seu suavis est, convertatur; id, quod discernit ipsum ab illo, qui non vult converti, est, quia, pro innata libertate, sic auxilio isto utitur, ut, consentiendo, faciat prævenientem gratiam transire in cooperantem.

29. Ad perseverandum in iustitia usque ad finem vitæ, non potentiora per Christi merita donat Deus adultis auxilia, quam, quibus una cum habituali gratia perireverare possunt, si & ipsi velint; neque cum arbitrii ipsorum libertate consistere potest, quod per efficaciam auxiliorum Dei fiat, ut velint perseverare, atque infallibiliter, & insuperabiliter perseverent.

30. Perseverantia adultorum non est aliter donum Dei, quam quod ipsis auxilia ejusmodi decreverit dare, quibuscumque possint perseverare. Etiam prævidit, si darentur, illos sic usuros, non quidem ex efficacia auxiliorum, sed pro innata sibi libertate, ut usque in finem vitæ in iustitia perseverent.

34. Quod Providentia Dei, in distribuendis auxiliis suæ gratiæ, rationem fortitur prædestinationis, non est ex proposito voluntatis Dei; sed pendet a præviso usu humanæ voluntatis.

35. Prædestinationis Divinæ certitudo non est ex virtute beneficiorum, quibus, prout veniunt a Deo, certissime liberantur, quicumque liberantur, sed ex præscientia Dei conditionata de usu eorundem beneficiorum futuro, pro innata utilium libertate.

36. Usus Divinorum auxiliorum, & beneficiorum non est sic in Deum referendus, ut quod homo bene iis utatur, sit ab efficacia gratiæ, aut prædestinationis Dei.

37. Deus voluntate absoluta nulli adultorum voluit beatitudinem, & merita, ad illam assequendam necessaria.

38. Perseverantia in bono usque in finem vitæ non est ex singulari aliquo dono, quod Deus electis suis misericorditer pro suo beneplacito concedat; sed potius omnibus adultis indifferenter dat adiutorium, quod ad re ipsa perseverandum fati sit.

39. Si donum perseverantia ex Divina virtute, & prout venit a Deo, efficaciter facit, ut homines velint perseverare, & re ipsa in bono per omnia perseverantes sint usque in finem vitæ, ita ut illud contumaciter non amittant; tollitur ab iis, quibus concessum fuerit, libertas arbitrii.

40. Ad perseverandum in iustitia usque in finem vitæ, Deus, præter habituales gratiam, adultis ea tantum dat auxilia, ex quibus possunt perseverare si velint; non quæ faciant, ut velint, & perseverent.

41. Quod certo perseveraturi sint, quicumque perseverant, non est ex virtute decreti Divini, seu ex efficacia auxiliorum, specialive dono, præparato in aeterno Dei decreto; sed ex prævisione usus auxiliorum, pro innata libertate futuri.

42. Quod voluntas Dei conferendi adultis auxilia, quæ solum dant posse perseverare, in perseverantibus habeat rationem voluntatis conferendi donum perseverantia, ex eo est, quod Deus, antequam quidquam prædefinierit de eorum perseverantia, prævidit, eos sua innata libertate ita cum illis cooperaturos, ut perseverent.